



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Joannis Nadasi, è Societate Jesu, Annus Caelestis,
Jesu Regi, & Mariae Reginae, Sanctorum Omnis Sacer**

Anni Caelestis Dies, & Festa Mobilia

Nádasi, János

Coloniae Ubiorum, 1667

9 Aprilis. 5 Idus April.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53527](#)

VIII APRILIS. 345

vigilas? Vigilo, respondisti, & ab illo,
futuras calamitates prædicente,
hæc demum verba, tertio repetita,
audisti: *Finis venit universa carnis;*
& simul hastas, ac discurrentes
in cælo igneas acies, aspexisti.

B. Guilielme, qui, post mortem,
in veste pretiosissimâ, & aureâ co-
ronâ, lapidibus nobili, visus, dixi-
sti; lapides illos, & gloriam tibi da-
tam, ob adversa, quæ innocens, à
linguis obloquentium, es per-
pessus, & Deo quotidie in patientiâ
obtulisti; coronam verò, pro eâ
victoriâ sæpiùs repetitâ, quâ, in
observandis religiosæ disciplinæ
legibus, te vicisti. Fac, ut et ego vi-
ram ad cælestem amuissim.

OMNES SANCTI, &c.
pag. 320.

S. MARIA, quæ hodie puerum in
furno ardente, illi adspectabilis facta,
servâsti: serva me nunc ab iis, quæ me
malè possunt incendere; ac deinde ab
igne aeterno!

9 Aprilis. 5 Idus April.

S. Ancta Maria Ægyptiaca, quæ,
divinâ vi, ter, à templi ingressu,
ob tuas turpitudines, repulsa, tan-
dem per pœnitentiam, & MARIAM
ad-

346 ANNI CÆLESTIS

admissa, ab eādem Jordanem transire pro quiete iussa, ibi plus quam quadraginta annis recognitāsti, & deflevisti impuros annos tuos, in salutari amaritudine animæ tuae; ibi à S. Zosimo, sanctissimo Christi corpore pasta, posteā, leone sepulchrum tibi fodiente, mortua reperata es. O magna, MARIÆ Virginis ope, de tentantibus te pœnitentem hostibus triumphatrix! Imperasti mihi à Iesu, per MARIAM, ut nunc serio illa omnia amare defleam, quæcunque amariorem redderem; mihi possent amarum alias etiam agonem mortis meæ; & non repellar, sed inducar in templum aeternum. Amen.

S. Prochore Ep. M. S. Stephani Diaconi nepos, & S. Joannis Evangelistæ dilectæ comes in Asiam.

S. Waldestrudis, S. Vincentii Comitis conjunx, & plurium sanctorum filiorum, ac filiarum, mares cui, post virum, religiosæ vitæ jam addictum, in sæculo hærenti, ac deliberabundæ, S. Gaugericus Ep. apparuit; & calicem, vino plenum, tibi offerens, dixit: *Age quod agis;* & abiit. Fac me divinis instinctibus obedire.

Sancti Demetrii, Concessæ, Hi-

lari,
S
res.
S
S
S
sol
S
S
ptor
S
S
Ma
S
C
pag.
S
dice
sepu
MA
vit
Gra
nan
S
hoc
mer
firm
nisi
cur
que
Por
au
ext

lari, & socii MM.

Sanctæ septem Virgines Martyres.

S. Eupsynchi Martyr.

S. Gaucheris columbae ductu, in solitudinem quietam deducere.

Sancti Martyres Massylitani.

S. Acati Ep. captivorum redemptor.

S. Hugo, & Marcelle, Episcopi.

S. Maria Cleophæ, S. MARIAE, Dei Matris, soror.

S. Monica, S. Augustini mater.

OMNES SANCTI, &c.

pag. 320.

S. MARIA, cui Ave MARIA sape dicentis Guilielmi tui, hodie mortui, sepulchrum lilio, aureis literis Ave MARIA inscriptum habente, honoscravit Deus. Ora, ut oratio mea omnis, & actio, sint casti flores, sint aurea ornamenta, quibus unicè delectaris!

S. MARIA, cuius nomine ac jussu, hoc die, S. Francisca dixit S. Paulus; mentem bene ordinatam, semper esse firmam; nec tadio, vel damno affici, nisi cum suo arbitratu rem agit: te curam suscipere illarum animarum, que suos sensus in puritate custodiunt. Pone, Domina, custodiam ori meo, auribus, oculis, ac omnibus internis & externis sensibus meis: & fac, ut agam omnia,

348 ANNI CÆLESTIS
omnia, non meo, sed tuo arbitratu, sim
tadio, cum amore!

10 Aprilis. 4 Idus April.

S Ancte Macari , ad Christi sepul-
chrum peregrine , qui ad ossa ul-
que laceratus , tribusque clavis pa-
vimento affixus , ignito super pe-
ctus saxo imposito , ab Angelis ad-
jutus es , & deinceps mira per or-
bem latè patrans , in Flandriâ tan-
dem victimam te lui grassanti dedi-
sti , ac prodigiis cælestibus , post
mortem etiam , clarus , non nisi in-
dicatâ MARIAE cryptâ condi volui-
sti. Eja age , ut ita me Angeli ita tu,
ita MARIA , ita Deus hic peregi-
num juvent , ut ab animi peste o-
mni sim semper immunis ; & sanus ,
ac æger , Dei semper sim victima ,
simque etiam moriens vivum ho-
locaustum Deo. Amen.

Domine JESU , cujus Corona & spi-
ne festum hodie in Hispaniâ cele-
bratur , miserere mei illo modo , qui
tibi maximè gloriosus , & mihi ma-
ximè necessarius est.

S. Notgere Episc. qui , famis
tempore , annonam è cælo impetrâ-
sti.

S. Ezechiel Propheta Martyr.
Omnes